



1. Carpzov, Christian : De legitima, quae vocatur ab  
Hobomano quarta legitimaria. 1631.
2. Crull, Cornelius : Ad pacificationem religiosam Augus-  
tanam de anno 1658. 1631.
3. Carpzov, Konrad : De tribus hereditatem aduendi modis  
et inventarii confectione. 1631
4. Carpzov, Konrad : De tribus hereditatem aduendi modis  
et inventarii confectione 1631.
5. Carpzov, Konrad : De pignoris et hypothecis 1631.
6. Grosse, Henning : De iurisdictione. 1631.
7. Grosse, Henning : De iudiciis in genere 1631.
8. Grosse, Henning : De translatione Imperii Rom.  
a Graecis ad Germanos, Moderno Imperii statu,  
et eius iurisdictione. 1631.
9. Grosse, Henning : De iurisdictione. 1631.
10. Krenbergh, Christian : De iuribus ac rebus bellicis. 1631.
11. Reutler, Gottfried : De instrumentis, sive litterariis  
documentis, 1631.
12. Sperling, Johann : Decas axiomaticum physicorum.  
1631.
13. Carpzov, Christian : De mora. 1632.
14. Carpzov, August : De legatis et fideicommissis 1632.



15. Grosse, Henning : De donationibus. 1631.
16. Grosse, Henning : De testamentis. 1632.
17. Pilschke, Joh. Georg : Artis medicae studiosis, 1631.
18. ~~Seiffert, Konrad~~ <sup>Reiter 1632</sup> : De jure collectandi, 1632
19. Grosse, Henning : De indebiti solutione. 1633.
20. Grosse, Henning : De mutuo. 1633.
21. Olearius, Gumpfr. : De justitia et jure 1633.
22. Strauch, Johann : De testamentis. 1634.
23. Lappye, Conrad : De pactis successivis 1635.
24. Grosse, Henning : De effectis sine pueris  
injuriarum. 1635.
25. Grosse, Henning : De tutela et cura. 1635.
26. Grosse, Henning : De crimine laesae maje-  
statis divinae et humanae. 1635.
27. Praetorius, Friedrich : De donationibus 1635.
28. Praetorius, Friedrich : De furtis 1635.
29. Strauch, Johann : De foro competenti 1635.
30. Strauch, Johann : De jure protimiscus seu  
retractus. 1635.
31. Taubmann, Christian : Disputatio I . . . ad procer.  
tit. de justitia et jure. 1635.  
~~Taubmann~~ <sup>1635</sup>
32. Grosse, Henning : De commodato, 1636.



33. Nottnagel, Christophorus: De triplici, circa orbium corporumq, celestium dispositionem seu systema mundi, Hypothesium, nempe Ptolemaicarum, Copernicarum et Tychoniarum comparatione et selectu. 1636.
34. Strauch, Joh.: De concursu ac praedatione credituum. 1636.
35. Grosse, Henning: De beneficio cessionis bonorum. 1637.
36. Grosse, Henning: De in integrum restitutione. 1637.
37. Nottnagel, Christophorus: De calendario Gregoriano. 1637.
38. Remmer, Ferencius: De proci secundae instantiae et quidem De appellationibus. 1637.
39. Remmer, Ferencius: De sententia. 1637.
40. Schneider, Michael: Oratio in obitum Johannis Gerhardi... publice recitata in celeberrima Academia Wittenbergensi. 1637.
41. Strauch, Johannes: De tertio interveniente. 1637.
42. Jambmann, Christianus: De testamentis. 1637.



*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*





DISPUTATIO JURIDICA,

De

SERVITUTIBUS  
PRÆDIORUM, TUM URBA-  
NORUM, TUM RUSTICORUM.

Quam

DEO TRIN-UNO PROSPERITER ANNUENTE,

*Permissu Magnifico-Amplissimi in celeberrima aâ  
Alim Academia Jctorum Ordinis,*

SUB PRÆSIDIO

*Viri Clarissimi ac Consultissimi*

DN. CHRISTIANI Rembergk /

J. U. D. Amplis. Facultatis Juridicæ Adfessoris, &  
Judicii Electoralis Adv. ocati dignissimi &c. Præceptoris ac  
Fautoris sui ætatem venerandi,

*Publicè ventilandam proponit*

BALTHASAR RNDRN /

Cellis-Lunæburgicus.

*Ad diem 20. Januarii in Auditorio  
Jctorum.*

---

WITTEBERGÆ,

Typis Hæredum SALOMONIS AVERBACH, Acad. Typogr.

ANNO M DC XXX.

728

1530 9 37

9





RESPUTATIO JURIDICA

DE

SEVERITATE

PER DIORUM TUM LIBA-

TIUM PUSCORUM

T. D. R. I. N. U. N. O. R. O. S. P. E. R. I. T. E. R. A. N. N. I. E. N. T. E.

P. M. P. M. A. G. I. S. T. I. S. I. N. C. E. L. E. B. R. I. M. A. N. S.

M. S. S. I. S. I. N. C. E. L. E. B. R. I. M. A. N. S.

M. S. S. I. S. I. N. C. E. L. E. B. R. I. M. A. N. S.

M. S. S. I. S. I. N. C. E. L. E. B. R. I. M. A. N. S.

DE SEVERITATE

PER DIORUM TUM LIBA-

TIUM PUSCORUM

M. S. S. I. S. I. N. C. E. L. E. B. R. I. M. A. N. S.

M. S. S. I. S. I. N. C. E. L. E. B. R. I. M. A. N. S.

M. S. S. I. S. I. N. C. E. L. E. B. R. I. M. A. N. S.


M. S. S. I. S. I. N. C. E. L. E. B. R. I. M. A. N. S.

T. R. I. B. U. N. I. C. A. L. I. S. A. N. T. I. S. I. N. C. E. L. E. B. R. I. M. A. N. S.

ANNO M. DC. LXXV.







## IN NOMINE JESU.

### Præloquium.

**I**urisprudentiam melioris eloquii  
 Parens non abs re eam indigitat  
 Scientiam, quæ multis sit profutu-  
 ra. (a) Et revera hæc est, quæ ea,  
 quæ tum publicè, tum privatim uti-  
 lia sunt (b) conduntur. Interea tamen huic ipsi  
 multas magnasq; objectas esse difficultates & re-  
 moras, uno quasi ore, qui opem suam & studium  
 ad hanc conferunt, fatentur omnes. Neq; enim,  
 si rem rectè à lance persites, in ejus penu vel quoti-  
 diana (c) semper, vel utilissima; (d) sed superva-  
 canea etiam & non notabiliter quedam facta (e)  
 reperias. Quorum tamen censu cum minimè ve-  
 niat **SERVITUTUM** materia; (licet vel hæc  
 difficultatibus & asperitatibus seu salebris (f)  
 non omninò destituatur suis) haud certè indigna  
 fuit visa, cui, quantum quidem ingenii tenuitas  
 permittet, opera nonnulla cœlesti favore impen-  
 deretur.

Εξήγησης.

(a) Cic. Orat. pro l. Muræna. (b) l. 1. §. hujus 2. ff. de Iustit. & Jur.  
 (c) l. legavi 25. pr. ff. de liber. leg. l. certig. §. si nummos 8. ff. de reb. cred.



(d) l. certè 6. §. fin. ff. de precar. (e) l. item apud 15. §. hoc edictum 26. ff. de injur. (f) Joān Superior proœm. ad tit. ff. de Servit.

## POSITIO

I. Principiò igitur monendum, Jura & Servitutes, de quibus sermo est, sub generali conceptu REI (a) contineri.

(a) l. rei appellatio 5. l. nominis 6. l. rei 23. ff. de Verb. Sign.

II. Ubi statim se quæstio illa obfert: utrùm sint res in dominio nostro existentes, an verò extra dominium? Prius (b) indubitanter affirmamus.

(b) 1. per expressos text. in l. loci 4. pr. ff. si serv. vindic. l. semper 15. §. ergò 8. ff. quod vi aut clam. l. usufructus. 4. ff. de usufr. & quem. &c. Gœdd. ad l. rectè 25. n. 7. & ad l. Bonorum. 49. num. 8. ff. de Verb. S. 2. Quia tùm in obligationem deduci, tùm actione & exceptione asseri queunt, uti ex subseqq. manifestè constabit. Id quod in iis rebus, quæ dominio nostro exemptæ sunt, secus est. §. idem juris 2. in f. Instit. de inutil. stipul. l. transfugam 52. §. fin. ff. de adquir. rer. dom.

III. Cùm autem Etymologia verbis proprium det significatum; (a) hæc præcipuè investiganda venit, & dicimus, à serviendo (b) denominari servitatem nostram.

(a) Everh. à Midd. in Top. loco ab Etym. n. 2. (b) argumento l. qui uti. 90. ff. de Verb. S.

IV. Unde porrò æquivocatio colligitur, quâ Servitutis vocabulū pro statu hominis (a) accipitur. Quippe qui à servando (b) dicatur, & ferè totâ natura ab illa discrepet, (c) licèt unum principium seu originem (d) cum illa habeat. Vt mirè rem confundere videantur, qui acceptationes hæc, quasi quæ specie saltem, non genere distinguantur (e) miscent.

(a) pr.



(a) *pr. & §. Servitus 2. Instit. de jure Person. l. libertas 4. §. Servi-  
tus 1. & l. 1. ff. de statu hom.* (b) Ex eo quod servarentur, quemad-  
modum refert Florentinus in *d. l. 4. §. ult. ex qua l. fundamen-  
tum habent §. Servi a. 3. & §. pen. Inst. de jure pers.* uti arguit Phi-  
lipp. Matr. ad *l. in personam 22. ff. de Reg. Jur.* (c) Quia pro statu  
servili, quo quis magis in potestate domini est, eò magis dici-  
tur servus, cum servi sint res nostræ & simul servitutem nobis  
serviant, Donell. *lib. 9. comm. c. 21. & ibi Hill.* cum è diverso præ-  
dium vel res sua nemini serviat *l. in re 26. ff. de Serv. urb. præd.* Et  
consequenter quò hæc magis in jure domini, eò magis libera  
consecatur, argumento *l. cum essent 33. §. ult. ff. de Serv. rust. præd. l. quic-  
quid 10. ff. com. præ.* Wesenb. *parat. ff. de usufr. n. 6.* (d) Puta Jus  
Gentium per *§. fin. Instit. de usu & habit. jur. etis iis,* quæ tradit  
Forst. *Justin. tract. disp. 7. thes. 1.* (e) Ut facit gl. ad vocabulum  
Jura & qui hanc sequuntur Dd. *pr. Instit. de Serv. rust. & urb. præd.  
uti & ad l. 1. ff. h. t.* In quos tamen invehit Oldend. *in class. 3. actione 4.*

V. Quæ SERVITUS in specie ita considerata, est (a)  
vel Personalis, vel Realis. Nos autem mixtam (b) pla-  
nè non agnoscentes, Personalem (c) verò suo loco re-  
linquentes; posteriorem speciem, realem (d) nimirum  
ulteriori disquisitioni impræsentiarum subiciemus.

(a) Vult. *lib. 1. Jurisp. Rom. c. 63. n. 6.* cujus divisionis funda-  
mentum est in *pr. ff. de Serv. l. si quis 32. ff. de usufr. l. cuius 12. ff. de ann.  
legat.* Ubi observandum, quod quoties ad usum personæ con-  
stituatur servitus, item quoties factum seu facultas conceda-  
tur, toties sit servitus personalis; quandocumque verò ad usum  
prædii constituatur, tum perhibeatur realis, per ea, quæ fuse  
tradit Wesenb. *conf. 39. n. 2. & conf. 69. n. 1. & 2.* (b) Quam per-  
peram tradunt nonnulli Dd. post gl. *Inst. & ad d. l. 1. ff. de Serv. Vid.  
Donell. lib. 9. comm. c. ult. ibiq. Hill. in f. Coraf. ad rubr. de Serv. n. 24.*  
Cum res & persona non serviant mixtim, nec exempla pro hac  
specie adducta illud evincant, ut quæ de Obligatione quadam  
personali potius, ac de vera servitute loquantur, ut sunt *l. Titio  
21. §. Titio 2. ff. de cond. & dem. l. servos 17. ff. de alim. & cib. leg. item l.*



*Lexia 44. ff. de manum. testam.* (c) Quæ ideò sic dicta præcipuè, quod personæ cohæreat, & cum ipsa finiatur, nec possit incipere sine Persona Johan Super: per *l. hereditas 34. ff. de acquir. rer. dom.* (d) Quod magis propriè & quasi per excell. in jure vocatur servitus & usufructui contradistinguitur §. ult. *Inst. de reb. corp. & incor. l. semper 15. §. ergo 8. ff. quod vi aut clam. t. t. ff. de Serv. legat. Donell. n. com. cap. 5.*

VI. Circa quam distinctionem non inconvenienter quæritur; utrum piscandi, aucupandi ac venandi (a) aliaque consimilia jura realibus, an verò Personalibus annumeranda sint Servitutibus? Prius asserimus. (b)

(a) Quæ tres species sæpè pro uno eodemque jure ponuntur per §. *fera 12. Instit. de rer. div. & l. 1. §. omnia l. quod enim 3. §. nec interest 1. ff. de acquir. rer. dom.* (b) Quia Servitutis nomine in fundo alieno constitui, vel per longum tempus acquiri queunt, argumento *l. D. Pius 16. ff. de Serv. præd. rust. Rittersh. ad pr. Instit. de Serv. in f. Wesenb. parat. de acquir. rer. dom. n. 7. & conf. 39. n. 2. item. conf. 69. n. 16.*

VII. Definimus autem realem Servitutem, (a) quod sit conditio (b) prædio imposita (c) vel acquisita, (d) quâ, contra naturam (e) suam, prædio vicino, (f) ad ejus utilitatem (g) vel domini commoditatem, (h) cum juris sui diminutione, (i) gratis (l) servit (m)

(a) Definitum in jure & apud Interpp. varia sortitur univoca. Dicitur enim in genere Jus Prædiorum, ut in fin. §. *Instit. de reb. corpor. & incorpor. pr. Instit. de Servit. l. quid a. 86. ff. de Verb. S. l. jura 3. ff. quem: serv. amitt. l. qui fundum 12. ibid.* Putâ tamen respectu prædii dominantis, non servientis, quia sic potius esset Juris privatio vel diminutio quàm jus, argumento *l. de pupillo 5. §. & velle 9. ff. de oper. nov. nunc. Donell. 9. com. c. 21. Pac. Oec. juris ad tit. ff. de Serv. Bach. in Treutl. disp. 16. & 17. vol. 1. thes. 1.* Et vide de hac distinct. *thesin nostram seq.* Vocatur Qualitas, argumento *l. traditio 20. §. quotiens 1. ff. de acquir. rer. dom.* Unde præ-



731  
prædia dicuntur qualiter se habentia l. quid aliud 86. ff. de Verb. S. Indigitatur Accidentalibus habitudo prædii Bald. ad d. l. quid aliud 86. ff. de Verb. S. Item appellatur Prædiorum Servitus l. quotiens 15. pr. ff. de Servit. Servitus in rem l. Gajus 12. ff. de ann. legat. (b) Genus hoc ponere placet, quia servitutem hinc finimus ratione prædii servientis, monente Bachov. in Treutl. disp. 17. vol. 1. th. 1. Fundatum autem invenimus in l. via 23. §. fundus 2. ff. de Serv. rust. præd. Donell. d. loco. (c) Impositam dicimus, quia potissimum ex constitutione vel impositione fit servitus l. & fundo 19. ff. de Serv. Quò spectat perpetuas causæ in l. foramen 27. §. omnes 1. ff. de Serv. Urb. Pr. quam JCrus Ulpian. vocat Imposititiam in l. de pupillo 5. §. & velle 9. ff. de nov. op. nunc. (d) Vid. inf. th. 49. (e) Quia natura ut servum hominem, ita & prædium servum nescit, per l. cum eo 9. & l. Imperatores 14. ff. de Serv. pr. urb. l. altius 8. l. si tibi 10. C. de Serv. & aq. Et prædia, quæ in naturali suo habitu possidemus, omnia libera appellamus: etiam ea, quorum conditio deterior fiat facto aliquo, nisi expressè conveniatur. Nam tametsi ædes tuas tollas measq; obscures; nihilo tamen magis dicuntur servire meæ, d. l. cum eo 9. ff. de S. P. U. Superior proæm. Nec adversatur nobis, l. si cui 1. §. deniq; 23. ff. de aq. & aq. pluv. Ibi enim nulla est servitus, sed natura agri, Coraf. ad rubr. ff. de Servit. n. 11. (f) L. ergo 5. ff. de Serv. rust. pr. l. qui sella 7. §. fin. ff. de S. R. P. l. Mela ait 14. §. quidam 3. ibi: ei, qui vicinus non est inutiliter relinquitur ff. de al. & cib. leg. Et quidem vicinitatem illam tam in urbano, quam rustico prædio requirimus cum Coraf. ad l. Servitutes 14. §. fin. ff. de Serv. Donell. 11. comm. c. 2. Bachov. in Treutl. disp. 17. vol. 1. th. 1. lit. B. Secus ac Vultej. comm. Instit. ad pr. de Serv. num. 12. & 13. & lib. 1. Jurisprudens Rom. cap. 63. num. 50: eumque secutus Treutl. disp. 17. Quantumvis non negemus interventu loci publici non impediri servitutem d. l. servitutes 14. §. fin. & ibi Dd. ff. de Serv. l. 1. ff. de Serv. pr. urb. Cum hæc vicinitas non tam ex contiguitate quam usu æstimanda, Bach. d. loco. (g) L. ergo 5. l. si ædes 32. ff. de Serv. rust. pr. Quæ utilitas si præsens non adest, sperari saltem de-

bct.



bet; uti Donell. *9. comm. c. 21. intellectam vult l. & fundo 19. ff. de Serv. ibiq<sup>3</sup>* Hill. *in f.*: sufficit, si naturâ sua (Servitus) aliquando usui esse possit. (b) *argumento l. veluti. 6. §. fin. ff. de Serv. rust. pr. d. l. Mela 14. §. quidam 3. ff. de alim. & cib. leg.* Imò ad amœnitatem & voluptatem *l. hoc jure 3. pr. ff. de aq. quot. & est. Coras. ad rubr. de Servit. n. 8.* (i) *l. de pupillo 5. §. & velle 9. ff. de nov. op. num.* (l) In quo distinguitur Servitus ab Emphyteusi, Antichresi &c. Et quamvis pretio comparatur servitus; posteaquam tamen constituta est, gratis res aliena nobis servit, *Boc. disp. classe 2. disp. 8. th. 2.* (m) Unde prædium servum dicitur *l. & qui 34. ff. de Serv. rust. pr. l. si quis 6. ff. comm. prædiorum.* Et consistit vel in patiendo vel non faciendo *l. quoties 15. §. fin. ff. de Serv. l. Etsi fortè 6. §. etiam 2. & l. sicut 8. §. distant. 2. ff. si serv. vind.* Nisi fortè actum sit in constitutione servitutis contrarium expressè vel tacitè *l. in summa 2. §. apud 1. ff. de aq. & aqua pluv. arc. ubi Accurs. Br. ceteriq<sup>3</sup> Dd.*

II X. Subjectum ejus sunt duo prædia (a) Debetur enim prædio, quod ab eo dicitur dominans (b) à prædio, quod ob id dicitur serviens. (c) Semper autem alieno: (d) ita tamen ut insit utriq<sup>ue</sup>, perinde ac anima est in toto corpore & tota in qualibet ejus parte. (e)

(a) Prædii verbum non nihil generalius est, quàm fundi *l. questio 11. ff. de Verb. S.* (b) *l. duorum 3. ff. comm. præd.* (c) *l. & qui 34. ff. de Serv. pr. rustic.* (d) Quia Catholicum est, quod res sua nemini serviat, neque principaliter, neque per consequens, ut ait *Vultej. i. jurisp. Rom. c. 63. n. 40 & 41. ex. ll. ibi allegat.* (e) Uti loquitur *Coras. ad l. si cui 9. ff. de Se*

IX. Circa hoc subiectum notanda est divisio: quod prædium sit (a) vel urbium, vel rusticum, quia exinde Servitus nostra dicitur r<sup>u</sup>lis. (b)

(a) *Argumento §. fin. Inst. de reb. corp. & inc. pr. & §. 1. Inst. de Serv. l. 1. ff. h. t. l. 1. ff. comm. pr.* (b) *t. t. Instit. de Serv. l. 1. eod. l. 1. §. & datur 43. ff. de aq. quot. Vultej. comm. Inst. ad pr. n. 11. & Jurisp. Rom. lib. 1. c. 63. n. 44*

Ac



732  
Ac in eo maxime distinguitur à personali, quod utrinque præ-  
dium requirat, per l. ergo 5. ff. de Serv. pr. rustic.

X. Prædium Urbanum, quod usum habet urbanum, licet non in oppido, sed villis vel vicis (a) sit ædificatum. Ex adverso rusticum, quod usum habet rusticum, sive in villa, sive oppido (b) situm. Vnde est, ut & stabula (c) aliaq; meritoria (d) item horti in ædificiis constituti (e) & consequenter aræ (f) etiam urbanæ: Tuguria (g) verò, molendina (h) & loca ædificiis vacua, quantumvis in urbe, (i) rustici prædii nomine veniant.

(a) §. Prædiorum 1. Inst. de Serv. Hinc servitus urbana vocatur in superficie posita l. servitutes 3. ff. de Serv. Videatur l. urbana 198. ff. de Verb. S. ubi ponitur ratio, quod prædium non locus, sed materia vel usus faciat: & est similis textus in l. si prædium 16. pr. & ibi gl. C. de præd. min. (b) Ubi eadem obtinet ratio per eodem text. Quo etiam sensu familia, supellex & penus urbana à rustica fecernitur; Rittersh. comm. Inst. ad pr. & §. 2. h. t. per l. 16. ff. de præd. minor. & c. (c) l. urbana 198. ff. de Verb. S. ubi Dd. plerique stabuli vocabulum in propria significatione sua, qua notat diversorium, in quod longo itinere fatigati divertere solent, accipiunt, nisi quod nove quodam modo dissentiat Hill. in Don. lib. 11. comm. c. 4. in not. lit. D. putans, si ita acciperetur, ineptè vocabulum meritoria adponi. Quam sententiam in medio relinquimus. (d) d. l. urbana 198. de V. S. (e) itidem d. l. 198. (f) per l. urbanorum 2. ff. de S. P. Urb. ubi cave, ut intelligas, J. C. cum Cajam loqui de ejusmodi loco, in quo frumenta teruntur, de quo Virgil. 1. Georg.

Area tum primum ingenti est, quando cylindro;  
Sed locum in urbe sine ædificio, uti rectè monet Coraf. ad l. 1. de Serv. n. 20. & seq. (g) l. tugurii 180. & l. fundi 211. ff. de Verb. S. cum qua confer. l. veluti 6. in f. ff. de Serv. rust. (h) Baldus in l. certi juris 5. n. 7. in f. C. locati Cap. l. de Serv. urb. pr. cap. 11. vers. quid de molendino n. 7. (i) d. l. fundi 211. de Verb. S. Hill. ad Don. d. c. lit. C.

B

XI. In-



XI. Interea, si prædia sint diversæ naturæ, & de constitutione (a) servitutis non constet; ad serviens potius respiciendum esse censemus, (b) ut ab eo servitus denominetur urbana vel rustica, quàm addominans. (c)

(a) Quod si enim de ratione constitutionis & usus constet, non adeò inspicienda alterutrius prædii qualitas. Et regulariter ab utroque prædio, si sint ejusdem generis, dici potest. (b) per ea, quæ satis eruditè contra Accurs. & Dd. tradit Coraf. ad d.l. 1. de Serv. n. 22. & seqq. ut & n. 118. & ad l. Jus cloacæ 7. h. t. n. 13. Ad quem brevitatis causâ remittimus. (c) quia hujus ratione omninò non est servitus dicenda, ut supra diximus.

XII. Ex quibus manifestè liquet; Servitutes urbanas esse, quæ ædificiis, seu prædio urbano, (a) rusticas, quæ prædio rustico (b) & quidem (quoad serviens) passivè (c) inhærent.

(a) §. prædiorum urb. 1. Inst. de Serv. (b) à contrario sensu, & quia in l. 1. ff. de Servit. pr. rust. enumeratæ species, (iter, via & c.) perpetuò dicuntur rusticæ, quantumvis alteri prædio urbano debeantur, Coraf. d. loco (c) Breder. in Anal. Instit. h. t.

XIII. Enumerantur autem in jure urbanæ Servitutis species hæ potissimùm: Oneris sustinendi, Tigni immitendi, Projiciendi, stillicidii avertendi, stillicidii non avertendi, Fluminis recipiendi, vel non recipiendi, Altiùs ædes non tollendi, Luminum, Luminibus non officien- di, luminibus officien- di, Prospectus, Prospectui non officien- di, denique Positum non habendi. Quas, (non curiosi nimis super distinctione (a) affirmatarum & negativarum) ordine iustrabimus:

(a) Quæ utitur Sich. ad tit. Cod. de Serv. & aq. nec non alii Dd. Affirmativas dicunt, quæ verbis affirmantibus sint conceptæ & in actibus, quæ jure facultatis in alieno competunt, consistant.



stant: negativas vero, quæ verbis negantibus prodita, & ubi  
cuiquam facultas prohibetur.

XIV. Oneris sustinendi servitus est, qua columna  
vel paries nostra onus necessarium ædium vicini ferre  
& sustinere cogitur. (a) In qua præ cæteris servitutibus  
plerisque (b) id peculiare obtinet, ut ad factum (c) etiam  
competat.

(a) §. prædiorum 1. Inst. de Servit. Wesemb. parat. ff. de Servit. pr.  
urb. n. 9. Vultej. Jurisp. R. lib. 1. c. 63. n. 60. (b) quippè regulariter  
servitus imponi nequit, ut quisquid facere cogatur l. sed etsi for-  
tè 6. §. etiam 2. ff. si serv. vind. Vad. Supr. ἐξήγ. th. 7. in fine (c) J Cus  
Ulp. in d. l. 6. ff. si serv. vind. l. sicut 8. §. distant 2. eod. l. eum debere 33. ff.  
de serv. pr. urb. Cæpol. de serv. pr. urb. c. 58. n. 3. Puta tamen non prin-  
cipaliter, sed in consequens, ut notant Interpp.

XV. Tigni immittendi (a) servitus est, quâ pari-  
mur vicinum trabem, lapidem vel aliam ædificii sui par-  
ticulam, hoc est, tignum (b) ex suo pariete in nostrum  
mittere, ita ut ibi requiescat. (c)

(a) Dicitur Traurrecht, Schneidvv. §. prædiorum 1. Inst. h. t. re-  
spectu dominantis ædificii nimirum. (b) Siquidem hoc no-  
mine venit omnis materia, ex qua ædificia fiunt, §. cum in solo  
29. Inst. de rer. divis. l. tigni 62. ff. de Verb. sig. Neque enim hic fa-  
cimur cum illis, qui nimis strictè intellectum hic volunt tigni  
vocabulum, argumento l. sicut 8. §. competit 1. ff. si serv. vind. cum  
nulla necessitas hanc angustiam requirat, quandoquidem non  
minùs lapides longiores ita trajici possunt ac trabes, adverten-  
te Donell. 11. comm. c. 4. ibique Hillig. lit. E. Et ad stipulatur no-  
bis Cæpol. tr. de Serv. urb. pr. c. 30. n. 1. 2. & seqq. (c) l. malum 242. §. 1.  
ff. de Verb. S. In quo distinguitur a Servitute projiciendi pro-  
tegendive, argumento d. l. 242. §. inter 1. ff. de V. S. Nec tamen  
ideò confunditur cum prædicta servitute oneris ferendi, per





ea, quæ tradit Capolla d. loco. c. 32. n. 1. 2. Cujus specifica differen-  
tia est in l. eum qui 33. de Serv. urb. pr.

XVI. Projiciendi seu projectum habendi (a) ser-  
vitus est, qua quid ex ædibus vicini ita provehitur & pro-  
tenditur in nostrum prædium, ut nusquam requiescat,  
(b) sed promineat saltem ac propendeat. (c) Cujus exem-  
pla ponuntur (d) Menianum (e) & subgrunda. (f)

(a) Dicitur & protegendi in specie l. urbanorum 2. ff. de serv.  
urb. pr. l. si verò 5. §. ait Prætor 8. ff. de his qui eff. vel dejec. ubi tigna e-  
mittuntur tegendi saltem causâ d. l. 5. §. Prætor. ait 6. ff. de his qui eff.  
vel dejec. Donell. 11. comm. 4. (b) argumento l. malum 242. §.  
inter 1. ff. de Verb. sig. Capol. de Serv. urb. pr. cap. 32. num. 1.  
(c) Rittersh. comm. Instit. ad §. prædior. 1. h. t. (d) in d. l. 242. de V. S.  
(e) l. servitutes 20. pr. ff. de serv. urb. pr. Est opus pergulis extra ædifi-  
cium projectis factum, dictum à Menio Censore, qui quum  
domum suam vendidisset, exceperat sibi jus unius columnæ,  
super quam tectum projiceret ex tabulatis, unde ipse & poste-  
ri ejus spectare munus gladiatorum possent, ut tradit Festus.  
(f) d. l. 242. de V. S. & rubr. tit. de damn. infecto & suggrund. & protect.  
Dicitur etiam protectum & est pars tecti prominens stillici-  
dio arcendo destinata, vel ad protegendas ab injuria pluvie vi-  
cini ædes, ut loquitur Vult. 1. Jurisp. cap. 63. n. 59. Hinc subgrun-  
datio apud Vitruv. lib. 4. c. 2.

XVII. Hanc excipit stillicidii avertendi (a) servi-  
tus, qua stillicidium, seu aquam pluviam vel cœlestem  
ex tecto suo (b) avertere, & in nostram arcem, vel do-  
mum, vel cloacam (c) derivare vicino licet: ita ut non  
possim quid facere vel ædificare, quo facultas hæc im-  
pediatur. (d) Nec extinguitur cum prædio dominan-  
te. (e)

(a) d. l. 1. l. urbanorum 2. ff. de serv. urb. pr. juncto §. prædiorum 1.  
Inst. de serv. (b) l. servitutes 20. §. si sublatum 2. & §§. seqq. ff. de serv.  
urb.



urb. pr. (c) d. §. 1. Inst. & ibi. Rittersh. de serv. (d) d. l. 20. §. si servitus 3. & §. ult. ff. de serv. urb. pr. (e) Puta in habitu, licet effectu perimatur. Nam restituito ædificio in ea specie & qualitate restituitur servitus d. l. servitus 20. §. si sublatum, 2. de serv. urb. pr. Capol. c. 28. n. 6.

X I I X. Stillicidii non avertendi servitus contraria (a) est, qua vicino stillicidium suum (b) non licet derivare in arcem suam. (c) Ita ut cisterna nostra juvetur; ipsius verò minuatur: (d) fractum in super aut colapsum stillicidium vel canale ipse reficere suis impensis cogatur (e).

(a) Rittersh. ad d. §. prædiorum 1. Inst. h. r. (b) quod nimirum nos antea jure Servitutis, vel naturâ loci, vel consuetudine aut præscriptione recipere debebamus, Wesenb. comm. Inst. ad d. §. prædiorum n. 6. & parat. de serv. urb. pr. n. 6. (c) l. 1. & ibi Acc. de serv. urb. Capol. de Serv. urb. pr. cap. 29. n. 1. (d) gl. ad l. 1. & Gothof. ad l. urbanorum 2. ff. de Serv. urb. lit. b. (e) Et ita participat naturam servitutis oneris ferendi, de qua supr. thes. 14. Capol. cap. 29. num. 2.

X I X. Fluminis recipiendi vel non recipiendi Servitutes naturâ coincidunt (a) cum duabus prioribus; quoad nomen (b) autem ab illis discrepant.

(a) Quia quoad realia ubique ferè in jure combinantur, argumento d. §. prædiorum 1. Inst. l. 1. ff. de Servit. urb. pr. & dictor. text. (b) Stillicidium enim est levius flumine, quippè in quo aqua guttatim casitat; in hoc autem cum impetu, postquam scilicet in canalem collecta est, qualis differentia fluminis & stillicidii colligitur ex d. l. servitutes 20. §. si servitus 3. & §§. duob. seqq. ff. de serv. urb. pr. Vid. Wesenb. comm. Instit. ad d. §. 1. n. 5. & parat. de Serv. urb. pr. n. 6.

X X. Altius ædes non tollendi (a) servitus est, qua prohibemur ædificium invito vicino (b) altius tollere, quod de jure communi erat liberum. (c)



(a) Notanter dicitur altius non erigendæ domus à Cajo in fragm. Instit. lib. 2. tit. 1. §. 3. ut excludat plantationem arboris, quæ hac servitute non impeditur, argumento *l. quod a. 7. l. ædificia 12. ff. de Serv. U. P.* (b) cùm ipsi hoc maximè obsit, ut est apertus casus in *l. cum talis 14. §. ult. C. de serv. & aq.* Non tamen propter obscurationem luminis, ut plerique interpp. statuunt. In qua sententia etiam Donell. *ii. comm. c. 5.* A quo tamen rectè dissentit Hillig. *ibi in not. lit. A.* cum Hotom. & Ant. Fabro. (c) *l. fin. §. Lucius 1. ff. de serv. urb. pr. l. fin. §. pen. ff. quod vi aut clam l. altius 8. C. de serv. & aq. Vulcej. d. c. 63. n. 55.*

X XI. Altius tollendi (a) contraria (b) servitus est, quâ vicinus patitur, nos ædes nostras (c) jure libertatis adquisitæ (d) altius sustollere. (e) Eousque tamen, quatenus vel semel, citra præscriptum in altum diduximus, vel quatenus erigere cum vicino convenit. (f)

(a) *d. §. prædiorum 1. Instit. de servit. §. æquè 2. Instit. de Action. l. 1. prædior. 2. ff. de serv. pr. urb. l. rusticor. 2. de serv. rust. l. in tradendu 7. §. interpositus 1. ff. comm. pr. & indigitatur itidem altius erigendæ domus à Cajo d. loc. (b) Eodem modo, quo stillicidii non avertendi, de qua supr. in th. 18. Rittersh. comm. Instit. ad d. §. 1. Bach. in Treutl. disp. 17. vol. 1. th. 2. lit. D. (c) aliàs servas, argumento *l. loci 4. §. competit a. 7. ff. si servit. vind.* (d) Puta per usucapionem aut conventionem, de quibus inferiùs. Neque enim ex facultate naturali hæc servitus oritur: siquidem absurdum est, de eo velle servitutem constitnere, quod jure communi permisum est, ut ait *W el. parat. ff. de serv. n. 3.* (e) *l. si domus 21. ff. de serv. urb. l. si priusquam 15. ff. de no. oper. nunt. d. l. altius 8. C. de serv. & aq. W el. Inst. ad §. æquè 2. de Act. & parat. de serv. pr. urban. n. 3. Bach. in Tr. d. loco (f) ut sit restrictior aliquantò, & non præsupponat omnimodam illâ facultatem pristinam, quæ fundatur in *l. cum eo 9. l. cuius 24. ff. de serv. urb. d. l. altius C. de serv. & aq.* Sicut enim non acquiritur libertas servitutis, nisi eo, qui altius tollere non poterat, altius tollente; *l. sequitur 4. §. libertas fin. ff. de usur. & usuc.* ita nec contraria hæc**



hæc servitus acquisita videtur, nisi quatenus altius quis sustu-  
lerit. Textus manifestus est in l. egi 26. ff. de except. rei judic.

XXII. Luminum (a) servitus est, quæ (dum nobis  
quidvis facere aut ædificare licet: b) tenemur lumen  
necessarium, hoc est, fenestram (c) vicino relinquere (d)  
illamque excipere. (e)

(a) Puta luminum cœli, quæ ex inferiori loco esse non pos-  
sunt, uti hæc ipsa à prospectibus discernit Jctus Paulus in l. lumē  
16. ff. de serv. pr. urb. (b) Paulus Castr. per l. luminum 4. ff. de serv. urb.  
(c) gl. & Dd. ad d. l. 4. Vult. Jurist. R. c. 63. n. 61. Forst. tr. Justin. disp. 7. th. 7.  
Licet hi omnes irregulari aliquo sensu hanc servitutem expli-  
cent, ut animadvertit Bach. in Treutl. disp. 17. vol. 1. th. 3. lit. A. (d) ut ita  
gradu saltem, h. e. secundum majus & minus à subsequente  
servit: distinguatur, Bach. d. loco. (e) d. l. luminum 4. ubi verbum  
recipere interpretatur Donell., quod sit lumina non minuere  
lib. 10. comm. c. 5.

XXIII. Luminibus non officiendi (a) servitus est,  
quæ nobis fas non est, quoquo modo aut pacto (b) vicini  
lumina obscurare, (c) adeò ut & Solis splendor liber  
esse debeat. (d) Et intelligitur hoc tam de præsentibus,  
quàm futuris luminibus (e).

(a) Discreta maximè à Servitute altius non tollendi, usu  
nimirum & sine per text. in l. si arborem 17. ff. de serv. urb. Licet non  
negemus interdum conjungi, ut in l. hæc a. 6. & in l. cum eo 9. ff. eod.  
(b) l. inter servitutes 15. in quo est formale hujus servitutis. (c) l.  
luminum 4. ff. de serv. urb. cum ædificando, ut in d. l. 4. tum arborem,  
quæ luminibus obsit, ferendo d. l. si arborem 17. tum umbram invi-  
to vicino faciendo d. l. inter servitutes 15. Wesenb. parat. de serv. præd.  
urb. n. 4. (d) per ea, quæ eleganter tradit Coraf. ad d. l. 1. n. 28. 29. &  
seqq. Et potest umbra arboris vicino prædio maximè nocere, ut  
est in LL. XII. Tabb. notante Forst. Histor. jur. Rom. lib. 1. cap. 22. n. 36.  
(e) l. qui ædificium 22. ff. de serv. urb. Cæp. c. 39. n. 9. quod tamen de-  
clarat Coraf. d. l. n. 33. Nisi disertè ita cautum de præsentibus fue-  
rit: lumina, quæ nunc sunt, ut ita sint l. si servus 23. ff. urb. pr. quam  
citatur hic Wesenb. parat. n. 4.

XXIV. Lu-





**XXIV.** Luminibus officendi (a) servitus est, qua  
adquisitæ facultatis jure (b) altius tollendo, lumina vicini  
omnino obscurare possumus. (c)

(a) Affirmativè enim hujus meminit *l. 1. ff. de Serv. urb. pr.*  
(b) perinde ac in altius tollendi servitute, de qua *supr. th. 21. lit. D.*  
(c) ita novè & scitè, relatione ad nosmet non ad vicinum facta,  
contra gl. & Dd. commenta, hanc explicat *Coral. d. l. n. 23.*

**XXV.** Prospectus (a) servitus est, quâ patimur vicinum  
spectare in prædium nostrum. (b) Neque enim fenestram aperto  
pariete, ex qua in nostrum prospiciat, invitis nobis, sine  
servitutis jure positam illum habere posse statuimus. (c)

(a) Hujus à lumine differentia est in *l. lumen 16. ff. de Serv. urb.*  
(b) ex mente Theophili interpretis græci in *§. aquè 2. Inst. de Action.*  
Secus ac *Donell. 11. comm. c. 5.* (c) argumento *l. luminum 4. l. eos 40. Caji lib. 2. frag. Inst. tit. 1. §. 3. Coral. lib. 4. miscel. c. 16. n. 3. Cujac. lib. 1. obs. c. 31. Wesenb. parat. de servit. urb. n. 4.* Distinguunt tamen  
inter fenestras luciferas & prospectivas *l. ex nobis 12. §. sed cum 2. C. de adif. de poster. sermo est.*

**XXVI.** Prospectui non officendi (a) servitus est, quâ nihil  
obicere decet ad gratiorem & liberum vicini prospectum (b) tam  
ex superiori quàm inferiori loco. (c)

(a) Quam malè nonnulli cum priori miscunt. contra *l. est & 3. l. inter 15. & l. lumen 16. ff. de Serv. urb.* (b) *d. l. inter 15. & seqq. de S. II.* Ita ut quidquid huic prospectui obest, auferri ac prohiberi queat, argumento *l. adificia 12. & d. l. si arborem 17. ff. de Serv. pr. urb.* *Wesenb. parat. ff. ibid. n. 6.* (c) Quia in hac servitute plus est, quàm in ne luminibus, ut ait *Jctus Ulp. in d. l. inter 15. ff. d. tit.*

**XXVII.** Positum non habendi (a) servitus est, qua nobis  
inhibetur, in aliquo ædium loco quid ponere, quod ex casu aliòve  
quovis pacto damnum dare vicini ædibus possit. (b)

(a) Hu-



(a) Hujus servitutis primaria sedes est in l. si quando 17 §. sum in domo 1 ff. si serv. vind. Positum autem habere intelligitur non modò, qui ipse posuit, sed & qui ab alio positum patitur, ut est in l. si vero 9. §. positum 10. ff. de his qui effud. vel deject (b.) & est conventio privatorum, quæ imitatur edictum, quo prohibemur quid in publico habere, cujus casus nocere possit, de quo in d. l. 5. §. fin. ff. de his qui effud. vel de j. Wel. parat. de serv. urb. pr. n. fin. Vid. l. statuas 7. C. de religiof. & c.

XXIIX. Explicitis ita prædiorum urbanorum servitibus; consequens est, ut rusticas prosequamur.

XXIX. Earum species (insuper habitâ inter nominatas aut innominatas (a) distinctione) ferè hæ sunt: Iter, Actus, via, Aquæductus, Aquæhaustus, Pecoris ad aquam adpulsus, Pecoris pascendi, Calcis coquendæ, Arenæ fodiendæ, cretæ lapidisve eximendi &c. Jus altius tollendi, cloacam habendi, prætorium deniq; vel protectum habendi.

(a) Quam usurpant inter pp. nonnulli ut, & Cap. 11. de serv. urb. c. 9. n. 2. §. 3.

XXX. Itineris (a) servitus est, quæ ad vicini prædii utilitatem (b) ita dirigitur, ut in fundo nostro & eundi & ambulandi (c) potestatem ipsi (d) debeamus. Estq; latitudo ejus de jure communi arbitraria (e) cœterum de jure Saxon. certa & determinata. (f) Potest tamen pro certa parte fundi ac temporis constitui. (g)

(a) Germ. Ein Fußpfadt/ quandoq; non est servitus, ut si fructuario detur à domino alterius prædii, argum. l. de servit. 2. §. hac a. 2. ff. si serv. vind. nec non grossè quandoq; dicitur quælibet via per quam itur gloss. ad pr. Inst. de serv. (b) prædialis enim servitus omninò debetur à fundo fundo, non personæ. Quod si petatur declarari fundum meum servitute hanc vel aliam debere, non est concipienda petitio vel sententia nisi in rem: nec pronunciatu aliter nisi fundo tuo deberi vel non.

C

Paul





Paul. de Cast. ad rubr. C. de serv. & aqua. (c) l. 1. in pr. ff. de serv. rust. pr. & quidem jus eundi primario utilitatem prædii respicit, ambulandi autem hominis, ut notat Cujac. ad tit. ff. de servit. & 22. observ. 35. Cæterum absq; hac servitute per agrum alienum ire non licet l. 11. C. de serv. & aq. seu fas quidem est, sed non jus est, secundum Canonist. in c. omnes 1. distinct. h. e. ut Dd. interpretantur, quod fas sit domino, si sciat, non vetante, eo a repugnante & prohibente minimè jus sit. Ire autem intelligitur non modò, qui pedibus it, sed & qui sellâ, lecticâ & equo incedit l. qui sella 7. l. inter 12. ff. de serv. rust. gl. ad pr. Inst. de servit. (d) putà quoad usurpationem & actionem, quæ personæ competit, non prædio, licet propter prædium, ut patet in l. de servit. 2. ff. si serv. vind. (e) dummodò à testatore aut contrahentibus demonstrata non fuerit, argum. l. certò 13. §. si totus 1. ff. de serv. pr. rust. (f) Weichbildt artic. 130. ibi: Ein Fußsteich sol haben in die breite drey Fußbreite. (g) argum. l. iter 14. ff. comm. pr.

XXXI. Actus (a) servitus est, qua jus agendi jumentum, (b) armentum (c) vel vehiculum (d) per fundum nostrum vicino concedimus. Includit hæc iter, adèò ut ab ipso separari nequeat. (e)

(a) Dicitur ab agendo & propriè ad animalia pertinet, l. ferri 235. pr. ff. de Verb. S. Est autem agere præ se ducere vehementerq; impellere, ut notat Coraf. ad d. l. 1. ff. de servit. n. 90. (b) pr. Inst. de servit. l. 1. de serv. pr. rust. (c) l. inter 12. ff. de serv. pr. rust. Et est hoc vocabulum non nihil latius ac jumentum l. boves 89. ff. de Verb. S. (d) putà per consequentiam jumentorum. Jumenta enim à juvando dicta, ea animalia significant, quæ currus trahunt, nostrumq; laborem & onera subvectando & arando juvant, ut Colum. de re rust. in 6. Vehiculum autem ex propria significatione non agi, sed duci dicitur d. l. qui sella 7. & l. inter 12. ff. de serv. rust. (e) per expressum textum in l. 1. ff. de adim. leg. cum qua confer l. loci 4. §. 1. ff. si serv. vind.

XXXII. Viæ servitus [a] est, quâ pedes & eques eundi ac cum alio ambulandi, & ducendi jumentum [b] ac



737  
[b] ac plaustrum [c] item trahendi lapides, & trabes, hastam deniq; rectam ferendi [d] per fundum nostrum [e] vicino facultas est: dummodò civiliter se gerat. [f] In qua (fecus ac in prioribus duabus. g.) determinatio certa est. [g]

[a] A vehendo dicta, Varro 1. de re rust. § 4. de ling. lat. & est vel Publica, quæ dicitur regia die Heer- oder Landstrasse Landtr. 2. artic. 59. vel vicinalis i.e. quæ in vicos ducit §. item §. Inst. de l. Aquil. l. Prætor. ait 2. §. viarum 22. ff. ne quid in loco pub. vel itin. fiat, vel Privata seu agraria, quam hic primariò consideramus. [b] Ita ut iter & actum omninò includat, pr. Inst. § l. 1. ff. de servit. pr. rust. [c] quod ipsum etymologiæ ratione in hac servitute primarium est [d] quæ minimè permittuntur actum habenti l. qui sella 7. ff. de serv. pr. rust. [e] tanquam privatum. [f] v.g. ne devastet fructus, ne fortè per vineas & segetes eat, cum per alias partes commodè permeare possit. Quod nota pro Capitaneo, cui conceditur transitus per aliquod territorium, inquit gl. ad pr. Inst. b. t. Vid. l. si cui 9. ff. de serv. [g] quæ nimirum pro arbitrio boni viri definiuntur, ut supr. [h] Ex l. XII. Tabb. latitudo est 8. pedum in porrectum [Gleichmaß] 16. in anfractum, nisi majorem vel minorem constituentibus facere placuerit, per l. via 8. l. via constitui 23. pr. l. nam satis 6. inf. ff. quem serv. amitt.

XXXIII. Aquæductus (a) servitus est, qua vicinus per fundum nostrum (b) ex fonte fortassè, qui inibi oritur, (c) aquam in suum fundum, jure quæsito (d) ad prædii sui commoditatem (e) ducit. (f) Qui tamen iter non habet, nisi reficiendorum canalium, vel allevandi rivi causa. (g)

(a) pr. Inst. de serv. l. 1. ff. de serv. rust. Donel. ii. comm. c. 3. (b) ex mente Ulpiani in d. l. 1. nec potest sine fundo constitui. (c) Quo vocabulo tanquam generaliori utimur l. 1. ff. de fonte. Et informatur alium hoc modo Theoph. ad pr. Inst. §. aquæ. (d) Ex conventionem sc. vel præscriptione &c. l. si. aq. 2. & ibi gl. &



*Dd. C. de serv. & aq. (c)* Nempè ad irrigationem: gr. sui, vel ad  
vel pecoris causâ *l. hoc jure 3, pr. ff. de aq. quot. & est. l. si prius  
amœnitatē 17. ff. de aq. & ag. plus. arc. (f)* sive per fistulâ, sive per  
quodlibet instrumentum ficile, ut in *l. Quintus 15. de serv. rust.*  
lapide verò strato non ducitur, nisi ita convenit: *Capol. de  
serv. rust. c. 4. n. 2. (g) l. refectionis 11. ff. comm. pr.*

**XXXIV.** Aquæhaustus *(a)* servitus est, qua ex  
flumine, fonte puteo vè nostro aquam haurire *(b)* vicino  
(quatenus ad ipsius fundum opus est *c*) licet. Hanc  
qui habet, iter quoque ad hauriendum habere vide-  
tur. *(d)*

*(a)* Omnino distincta à servitute priore per *l. 1. §. hoc  
interdictū. ff. de fonte.* Super hac autem & seqq. nonnullis varia-  
tum est inter veteres Jctos; habendæne essent inter prædiorum  
rusticorum, an verò urbanorum servitutes? quod videre est ex  
*l. 1. §. 1. de serv. rust.* Sed magis est, ut in rusticis habeantur §. *inter  
rusticor. 2. Inst. de serv. rust.* *(b)* *l. item 3. §. eodem 2. ff. d. t.* Non ve-  
rò hominis, sed prædij jus est *l. si mihi 20. §. fin. eod. (c) l. ergo 5. d. t.*  
*Wesemb. parat. ibid. n. 3. (d) per d. litem 3. §. qui habet 3. de serv.*  
*rust. l. 40. §. in lege ff. de contrab. emc.*

**XXXV.** Pecoris ad aquam adpellendi *(a)* servitus  
est, quâ pecus agri sui, per prædium nostrum, ad fon-  
tem & puteum, ut ex eo bibat *(b)* adpellere *(c)* vicino  
jus est.

*(a)* Pecoris appellatione veniunt omnes quadrupedes,  
quæ gregatim pascuntur *pr. Inst. de l. Aquil. & l. lege 2. §. ut igi-  
tur 2. ff. eod. l. legatis 65. §. pecoribus 4. ff. de leg. 3.* Quod autem  
servitus sit, fundatur in §. *inter 3. Inst. de serv. l. 1. §. in prædiis & ibi  
gl. ff. b. 1. (b) Vultej. Jurisp. R. c. 63. n. 75. (c) dd. textibus &  
Cœp. de Serv. rust. c. 8.*

**XXXVI.** Pecoris pascendi *(a)* servitus est, quâ  
pecus (non morbosum *b*) in fundo nostro *(c)* vicinus  
pascit, agri sui causâ. *(d)* Citra quam nemini permissum  
est.



est pecus suum in alieno pascere (e) Et dantur hic ordi-  
nariae propriaeque actiones. (f)

(a) *d. l. 1. §. in praediis 1. l. pecoris 4. ff. de serv. pr. rust.* Pa-  
scua autem sunt vel publica vel privata. Illa, quae toti uni-  
versitati communia, haec quae privato jure cuiuspiam competunt,  
ut habet *r. t. de pasc. pub. & priv.* (b) Ne alia pecora conta-  
gione inficiantur, quandoquidem totus grex in agris Unius  
scabie cadit & porrigine porci, ut habet *Juv.* Vid. *l. Julianus*  
*13. pr. ff. de action. emti* *Cæpol. cap. 9. n. 20.* (c) De privatis  
enim pascuis nobis hic sermo est. (d) Neque enim est homi-  
nis, sed praedii jus, cujus pecus pars sunt, *argumento litem 3. pr. de*  
*serv. rust.* (e) *Argumento l. Quintus 39. pr. ff. ad l. Aquil.* (f)  
Nimirum *1. Legis Aquiliae per tradita Pomponii in d. l. Quin-*  
*tus 39. §. quamvis 1. ff. ad l. Aquil.* *2. De Pastu pecoris l. qui*  
*servand. 14. §. fin. ff. de presc. verb.* *3. De pauperie l. 1. §. r. t.*  
*ff. si quadrup. pauper. fec. dic.* Novo tamen jure viatori licitum  
est, equum suum in alieno agro pabulari dum ad usum neces-  
sarium fiat, per *constit. Frid. in c. un. §. ult. de pac. tenen. & ejus*  
*violatoribus 21. FF.*

XXXVII. Calcis coquendae (a) servitus est, qua  
calcem in fundo nostro (b) coquere, pro indigentia  
(c) praedii sui: (d) Arenae verò fodiendae (e) qua arenam  
fodere, ut inde vasa vel aedificia fiant iridem (f) vicinus  
potest.

(a) *d. l. 1. §. in rusticis 1. ff. de serv. rust.* (b) rustico puta, &  
exinde denominatur servitus rustica, in *l. ergo 5. d. t.* (c) tam  
urbani, quam rustici, quippe quod non minus, quam rusticum  
calce egeat. Atque ita stabilitur assertio nostra *sup. in 1b. 11.*  
(d) *d. l. ergo 5. ff. de serv. rust.* *Cæpol. c. 10. n. 2.* (e) Quae quod e-  
iusdem naturae sit, ferè passim cum illa ponitur, ut in *d. l. 1. §. in-*  
*ter 3. Inst. l. ergo 5. & c.* (f) *Cæpol. c. 10. n. 4.* Qui videatur o-  
mnino.





XXXIIX. Cretæ Lapidisvé eximendi (a) servitus est, quâ cretam lapidesvé eximendi, ad indigentiam prædii (b) vicino jus facimus.

(a) *d. l. ergò 5. l. venditor 1. §. si constat. ff. comm. pr. Wesenbec. parat. de serv. rust. n. 4.* (b) Nam ulterius tanquam servitus non constituitur *dd. text. & Cæp. c. 10. n. 4.*

XXXIX. Ne autem hanc SERVITUTUM materiam nimis angustis includamus terminis, (a) pro natura cujusq; regionis & loci ejusmodi servitutes dari plures (b) quasi per digressiunculam hic asserimus.

(a) Ac si per omnes species in jure accuratè sit exposita, quod tamen propter circumstantiarum varietatem non est, ut expectemus. (b) Ut quibus affectio & definitio servitutis competat. Quales non ineptè dicere possemus; Jus ericæ secandæ (Heede zu Meyen) quâ nimirum, in locis non ita pinguibus, quæq; apibus quàm pecori aptiora sunt, in vicem pabuli ac stramenti incolæ utuntur: item aridæ terræ (Forff vocât Belgæ, Frisii aliq; quibus exinde foci calent) fodiendæ: ut & Rasen zu hawen / quibus ad stercorandum agrum utuntur: nec non innumeræ aliæ. Quippe quæ non absimiles sint prædictis illis ( calcis coquendæ, arenæ fodiendæ &c.) Servitutibus, dummodò inter privatos & ad usum prædialem constituantur.

XL. Jus altius tollendi [a] hic est, quò domunculam, fructuum fortè gratiâ paratam [b] altius tollere, adeoq; officere prædio vicini [c] nobis licet.

[a] De cujus servitute est *in l. rusticor. 2. ibiq; gl. & Dd. ff. de serv. pr. rust.* [b] Ut est *in l. eo jure 4. §. Stabula 1. ff. in quib. causis pign. vel hypoth.* [c] Quandoquidem segetum incommoditas hic versatur &c. per ea, quæ tradit Cæpol. *cap. 11. n. 4.* Et indigitat particula Et unam hic intelligi servitutem altius tollere & officere prædio vicini *d. l. 2.*



739  
XLI. Cloacam habendi [a] servitus [b] est, qua in prædium vel domum nostram [c] cloacam ad proluviem immundiciarum expurgandam [d] immittere vicinus potest.

[a] Cloaca dicitur locus concavus, per quē colluvies quædā fluit. *l. 1. §. cloaca a. 4. ff. de cloacis*, ubi videatur gl. à colluendo appellatur, Festo Pompeio interprete. [b] Omnino rustica, cum *l. Neratius* eam inter rusticas numeret *l. 2. de serv. rustic.* 2. deindè quia in ea nec dominantis nec servientis fundi respectu ædificium est necessarium, ut eleganter docet Coraf. *ad l. Jus cloacæ 7. ff. de serv. n. 15.* [c] *d. l. 2. & Coraf. d. l. n. 12.* [d] Ne sc. cælum pestilens ruinam minetur immundicie cloacarum, ut ait Ictus Ulp. *in d. l. 1. §. curavit. 2. ff. de cloac.*

XLII. Prætorium deniq; [a] vel protectum [b] habendi servitus est, qua receptaculum pro colonis suis in fundo nostro habendi vicino jus est.

[a] Prætorium dicitur locus, in quo Paterf. residere solet, mercesq; suas & species tanquam in horreis retinere, *l. nulli 14. C. de Offic. rect. prov.* Propriè alias est locus, in quo Prætor jura reddit, argumento *l. Plenum 12. pr. ff. de usu & habit.* ibique gl. Wesenbec. *parat. tit. de Offic. præf. præf.* [b] Dicitur aliàs projectum, quod provehitur sc. super fundo vicini &c. *Cæp. cap. 13. n. 3.*

XLIII. Hactenus diversas utriusq; generis servitutum species vidimus, ac separatim, quoad ejus fieri potuit, excussimus; consentaneum jam erit, de forma seu modis, quibus constituuntur vel adquiruntur reales servitutes, pergere.

XLIV. Constituuntur autem; vel inter vivos, patris & contractibus [a] qualis emtio, venditio, permutatio, donatio, stipulatio &c. vel inter mortuos seu ultimis voluntatibus [b] Testamento, codicillis, donatione mortis causâ: vel etiam ipso jure, seu lege. &c.

a §. Si



[a] §. Si quis 4. Inst. de serv. item l. via iter. §. pr. ff. de serv. sibi : iisdem ferè modis, quibus ususfructus, juncto §. ususfructus Inst. de usufr. ubi data hæc distinctio fundamentum habet. [b] d. §. ult. Inst. de serv. t. t. ff. de serv. leg. l. potest 16. ff. comm. pr. l. usufructu 4. C. de usufr. & habit. Vultej. comm. Inst. ad §. fin. de serv. n. 2. [c] putà ll. XII. Tab. de quibus vid. Forst. Hist. jur. c. 27. n. 36. & c. b. e. Jure Civili.

XLV. Ubi notetur, neminem posse constituere, vel in alium transferre servitutem prædialem, nisi sit dominus prædii [a] vel jus saltem in eo habens. [a]

[a] §. Ideò 3. Inst. de serv. Ulp. C. 1. §. ideo 1. ff. comm. pr. [b] l. e. utilis, prout vulgò dicitur. Casus est in l. & in provinciali 3. C. de servit. & aq. per quam Tributarii, qui non veri, sed utiles saltem domini sunt, in rebus tributariis servitutes constituere posse censentur.

XLVI. Quo præsupposito; Vasallum in re feudali, (a) Maritum in fundo dotali, (b) Emphyteutam in re emphyteutica (c) & ad exemplum ejus superficiarium in fundo superficiario (d) servitutem imponere posse: Proprietarium verò, abscedentes usufructu, (e) Tutorem vel curatorem in fundo pupilli minorisve, (f) Patrem in filiorum pecuniis Castrensibus (g) Heredem in fundo legato (h) socium denique in fundo communi (i) &c. minimè posse, statuimus.

(a) §. rei autem & §. seq. lib. 2. FF. 8. Etiam ignorante domino, ut advertit Sichard. ad d. l. & in prov. 3. C. de serv. & aq. n. 4. (b) Id quod negare videtur l. Julianus 5. & l. seq. ff. de fundo dotali: quos tamen text. ita intelligere debemus, non posse constitui servitutem rei dotali perpetuò in hærentem; quoad vitam verò & quamdiu matrimonium constat, ratam manere, docente Sichard. d. l. Interea quin optimè adquirat, nullum videtur habere dubium per tradita, Cujac. in opere post.



post. ad l. unus 2. ff. de servit. (c) Itidem ignorante domino, Sich. d. loco. (d) per text. in l. servitutes 3. ibiq. gl. & Dd. ff. de Servit. Br. ad l. 1. §. fin. ff. de superficie, noviter Bachov. in Treutl. disp. 17. vol. 1. th. 6. lit. A. In quibus omnibus autem illud observatu dignum, quod ejusmodi servitutes non durent perpetuò, sed per vitam tantum constituentis & heredis ejus, vel quousque constituens in illo statu manet: argumento l. is cui 11. §. heres fin. ff. quemad. serv. amitt. l. Statius Florus 48. §. Cornelio 1. ff. de jure fisci, Br. ad l. 1. ff. de superf. Potissima ratio est, quod finito jure concedentis finiat quoque jus ejus, qui à concedente acceperat per l. lex vectigali 27. ff. de pignor. (e) Acquirere hic potest, ac imponere, ne consentiente quidem fructuario potest l. sed si 15. §. fin. cum l. seq. ff. de usufr. (f) l. sed si 3. §. nec usufr. 5. ff. de rebus eor. qui sub tut. (g) cum in illis nihil ipsi juris sit, quæ est communis ratio d. l. sed si 15. §. sed nec fin. ff. de usufr. (h) d. l. is cui 11. §. fin. ff. quem. serv. am. l. si fundum 105. ff. de con. & demonst. (i) Is qui non pro diviso sed indiviso possidet, argumento l. unus 2. ff. de Servit. l. Sabinus 28. ff. communi divid. l. in re ff. de serv. pr. inst. Quorum enim æqua potestas est, illo cum alter sine altero acquirere aut constituere nequit l. proprium 5. ff. comm. præd. Coraf. ad l. unus 2. ff. de serv. n. 1. & 4. Super. ad eandem Wesenb. parat. ff. comm. pr. n. 3. Treutl. disp. 17. vol. 1. th. 6. ibique Bachov. In hoc igitur casu opus est communi divid. actione, qua non id tantum agitur, ut res dividantur, sed & illud, ut in re communi socii invicem sibi præstent ea, quæ ex bono & æquo sint l. si ades 12. ff. comm. divid. Cæterum dictæ personæ uti constituere nequeunt, ita nec remittere servitutem quæ sitam possunt l. si communem 10. ff. quem. serv. am. l. sed si 3. §. nec usufr. 5. ff. de rebus eorum, qui sub tut.

XLVII. Acquiruntur porrò Servitutes reales longo tempore (a) & præscriptione vel quasi-usucapione. (b)

(a) Ita ferè passim loquuntur jura, ut in l. 1. §. ult. ff. de aq. pluvi. arc. l. si quis 10. ff. si. serv. vind. l. apparet 5. ff. de vim. act. priv. l.

D

item



item *l. C. de serv. fugit.* (b) per *d. l. si quis 10. ff. si serv. vind.* Namque  
indistinctè instar rerum immobilium præscriptionis exceptio-  
ne à possessore defenduntur *l. fin. C. de præscript. long. temp. l. 2. &*  
*pen. C. de serv. & aq. Wesenb. parat. de Serv. n. 5. Forst. tr. Just. disp. 7.*  
*th. 13.* Imò hodiè post transformata à Justin. Imper. usucap-  
tionem rectè defendi videtur, propriè dictâ usucapione Justi-  
nianea servitutes adquiri, argumento *l. ult. C. de præsc. long. temp. &*  
*in l. un. C. de usuc. transf. Bachov. alleg. l. th. 8. in fine.*

XLIX. In qua præscriptione requiruntur hæc præ-  
cipuè: 1. Justum tempus, (a) 2. ut non vi, non clam aut  
precario quis possederit (b) 3. ut usus fuerit sciente &  
patente adversario (c) 4. ut usus fuerit jure servitutis  
bonaque fide, (d) 5. ut præscribens sit dominus, non  
saltem possessor fundi (e). Cæterum titulus præcisè  
non est necessarius (f) quantumvis expediat, si ab ad-  
vocatis allegetur (g).

(a) Puta de Jure Civili X. inter præsentēs XX. inter  
absentes anni *l. pen. C. de præscript. long. temp.* Servitutes tamen  
Ecclesiæ Romanæ debitæ tam de Jure Civili quàm Canon.  
non nisi 100. annis præscribuntur *l. ut inter 23. & Auth. quas  
actiones C. de S. Sanctu Eccles. cap. ad audientiam 13. & c. 17. ext. de præsc.*  
De Jure verò Saxon. ut omnes res immobiles & jura, XXXI.  
annis VI. septimanis & III. diebus id est, *Dreißig Jahr / Jahr  
und Tag / Landr. lib. 1. artic. 28. & 29.* (b) *l. 1. C. de serv. & aq.*  
(c) Hæc enim scientia est loco traditionis & quasi possessionis  
*l. pen. ff. de serv.* (d) *l. fin. ff. quem. serv. amitt.* (e) perinde ac con-  
stituens, de quo sup. *ib. 45.* Vld. Paul. de Cast. ad tit. C. de serv.  
& aq. (f) argumento *d. l. si quis 10. & ibi gl. & Dd. ff. si serv. vind. l.*  
*fin. ff. de aq. plu. arc. l. si aquam 2. C. de serv. & aq. Wesenb. par. ff. de  
serv. n. 5. in pr.* (g) Quod cautelæ loco suggerit Cæpol. de serv.  
*urb. c. 20.* Neque enim coguntur probare titulum, quia si acce-  
dat justum præscriptionis tempus, præsumitur verus. Castrens.  
*d. loco.*



**XLEX.** Cùm verò cuique rei suus sit terminus; dicendum quoque erit, quibus modis amittantur quasi-  
tæ servitutes. Hoc igitur fit; non utendo (a) remissio-  
ne (b) resolutio jure autoris. (c) Confusione (d) lege  
vel pacto servituti adjecto. (e) Denique præscriptione.  
(f) Rei tamen interitu non planè amittuntur. (g)

(a) l. sicut 13. C. de serv. & aq. l. hac a. 6. ff. de serv. pr. urb. (b) l. ad certam 6. l. servitutes 14. §. 1. ff. de serv. (c) l. vectigali 31. ff. de pi-  
gnor. l. nemo 54. & 120. ff. de Reg. 7. vid. sup. th. 46. (d) V. g. Si fortè  
idem utriusque prædii dominus esse cœperit l. 1. ff. quem. serv. a-  
mitt. l. in re 26. ff. de serv. pr. urb. Tùm enim non possidet jure  
servitutis, sed jure domini. Vid. sup. th. 4. sub lit. C. (e) l. ser-  
vitutes 4. ff. de serv. Id quod de jure Prætorio fieri potest Donell.  
ii. comm. c. 10. Coraf. ad l. 3. de serv. n. 26. (f) l. hac a. 6. ff. de serv. pr.  
urb. l. pen. C. de præscript. long. temp. Schneidvvyn. §. fin. Instit. de serv.  
n. 28. (g) Argumento l. servitutes 20. §. si sublatam 2. de serv. urb.  
l. certo 13. de serv. pr. vult l. si locum 2. ff. de serv. am.

**L.** Tandem remedii loco, pro vindicanda tùm ser-  
vitate tùm libertate (a) esse queunt; Actio confessoria  
& Negatoria. (b) Confessoria in rem actio est, quâ quis  
agit jus sibi esse altius ædes suas tollendi prospiciendi-  
ve vel projiciendi quid &c: item jus esse per fundum  
vicini eundi, agendi, vel ex fundo vicini aquam ducen-  
di &c. (c) procedens pro modo constitutionis vel ad-  
quisitionis. (d)

(a) Illius quoad confessoriam, hujus quoad negator.  
(b) Traditur distinctio in §. aquæ 2. Inst. de Act. Quæ actiones verò  
non distinguuntur formulâ verborum affirmante vel negante: sed  
prout servitus ipsa vindicatur aut negatur, adeoque libertas af-  
feritur, ita actio propriè vel Confessoria vel negatoria est ap-  
pellanda, insuper habitâ conceptione verborum Old. class. 3. act.

4. Ba.



4. Bach. d. l. th. 13. lit. A. (c) Dicitur quasi adsertoria juris & servit: Oldend. d. loco. Vid. l. 2. ff. si serv. vind. unde concludunt Interpp. primario ad personales, ad exemplum illarum, demum ad prædiales spectare servitutes. (d) V. g. respectivè ex stipulatu, ex emto, ex testamento vel interdicto etiam uti possidetis per tradita Oldend. d. classe 3. Act. 4.

L. I. Negatoria demum in rem actio contraria est (a) quâ quis negat ejusmodi jus esse adversario (b) ad libertatem rei suæ sibi adserendam. (c)

a) Dicitur Negativa à negando d. §. equè 2. Inst. de Act. l. uti frui 5. ff. si ususfr. pet. Vid. l. sicut 8. pr. ff. si serv. vind. (c) Oldend. d. loco. Ubi non prætereundum, quod in hisce actionibus fructuum nomine illud veniat, quod interest actoris servitute non fuisse impeditam l. etsi 6. §. ult. l. loci 4. ff. si servit. vind. vel quanti interfit petitoris, non uti fundi sui itinere &c: adversarium Oldend. d. classe 3. Act. 4. & 5.

Quibus ita pro ingenii tenuitate traditis, cum hinc disquisitioni cum bono Deo, imponemus, dummodò illud Ciceronis in mentem nobis revocaverimus: Movemur sæpè aliquo acutè concluso: labamus mutamusque sententiam clarioribus etiam in rebus. Tusc.


quest. lib. 1.

**F I N I S.**











ULB Halle  
004 961 196


3




W177











B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

IO JURIDICA,

728

UTIBUS

, TUM URBA-  
RUSTICORUM.

SPERITER ANNUENTE,  
mplissimi in celeberrima ad  
a fctorum Ordinis,

PRÆSIDIO  
iac Consultissimi

NI Grembergk /

tatis Juridicæ Adfessoris, &  
ti dignissimi &c. Præceptoris ac  
etatem venerandi,

ilendam proponit

AR ANDORN /  
unæburgicus.

nuarii in Auditorio

orum.

EBERGÆ,  
NIS AVERBACH, Acad. Typogr.  
I DC XXX.